



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Liber XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-
ciensis Episcopi, de Excommuni-
catione, Decretorum

Liber XI.

ARGUMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Excōmunicatione, eiusq; neglectu & con-
tempnu, de furibus & prædonibus, deq; sacrarum ædiū in-
censoribus, ac deprædatoribus, agitur.

*De sede Episcoporum, cur in Ecclesia altius
ceteris sedere debeant. Cap. I.*

V O D A V T E M sedes episcoporū in Ec- *Ex epist.*
clesię excelsae constitutæ, & preparatę inue- *Vrbani*
niuntur in throno, speculationem, & potesta *pape.*
tem iudicandi, & soluēdi, atque ligandi à do-

mino sibi datam materiæ docent. Vnde ipse
Saluator in Euangelio ait: Quæcunq; ligaueritis super ter-
ram, erunt ligata & in cœlo. & alibi: Accipite spiritū san-
ctum, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis: & quorum
retinueritis, retēta erunt. Ideo ista prætulimus, charissimi,
vt intelligatis potestatem Episcoporū vestrorum, in eisq;
dominū veneremini, & eos vt animas vestrás diligatis, &
quibus illi non cōmunicāt, non cōmunicetis, & quos eie-
cerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia
episcopi, licet iniustè liget, quod tamen summopere præ-
uidere debet.

Epicopus cūm excōmunicare vel anathematizare aliquem pro-
terris & manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionē Eu-
angeli, cleruni & plebem ita debet alloqui. *Cap. II. Ex cōcil.*

N ouerit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir *Rotoma.*
nomine N. diabolo suadente postponens Christianā *cap. 3.*

CC ii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

DE F
sed pr
à sua c
tur, &
princi
izat te
inquit,
& est f
huiusm
præcæ
salutar
in dom
operib
ca præ
bile, qu
nis a c
bo reli

I Gi
ptum v
despex
sus est,
rimus:
in cœ
rat, &
& cor
co nos
ribus, f
& filii
lorum
tatis a
gandi
& sang
Christ
desce
sum, &
cum d
atern
ad en
promissionem, quam in baptismo professus est, per apostoliam conuersus post Satanam, cui abrenunciauit, & in omnibus operibus eius, vineam Christi, id est, Ecclesia mundi deuastare, & deprædari non pertimescit, pauperes Christi quos precioso sanguine suo redemit, violenter opprimit, & interficiens, & bona eorum diripiens. Vnde, quia si huius nostræ Ecclesiæ (cui Deo authore præsidemus) buerat esse: quia in ea per aquam & spiritum sanctum renatus est, & inter adoptiuos filios Dei adnumeratus, quoniam modò filius diaboli sit imitando diabolum, sollicitus ne negligentiam pastoralem aliqua de ouibus nobis crederet, pro qua in tremendo iudicio ante principem nostrorum dominum nostrum Iesum Christum rationem dare compelleremur, iuxta quod ipse terribiliter nobis minatur, dicens: Si nō annunciaueris iniquam suam, sanguinem eius de manu tua requiram, Misericordia eum presbyterum nostrum, & literas cōmonitorias sendit, & iterum, atque tertio, inuitantes eū canonicè ad emendationem, & satisfactionem, & pœnitètiam, corripiet eum paterno affectu. Sed ipse prohdolor diabolo cor eius afflante, monita salutaria spreuit, & in incœpta malitia seuerans Ecclesiæ Dei quam læsit, superbiæ spiritum tuus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transfiguratis, & sanctæ religionis pacisq; quam Christus fuisse scipulis dedit, atque reliquit, violatoribus, præceptis & apostolica habemus, quibus informamur, quid de huncmodi præuaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim minus in Euangeliō: Si peccauerit in te frater tuus, correpe eum. Fratres, in vnum mquēq; nostrum peccat, qui in Etiam Ecclesiam peccat. Si enim sancta Ecclesia vnum corpus est, cuius corporis caput Christus est, siugli autem in unius alterius membris: & si cum patitur vnu membra, compatiuntur omnia membra: proculdubio in nos peccat, qui membra nostra laedit. Iubet ergo dominus, vt fratres est, Christianus in nos peccans, primò secretè corripiat, deinde cum testibus redarguatur: nouissimè in connexione Ecclesiæ publicè conueniatur. Quod si has tres commotiones, & pias correptiones contemnit, & satisfacere despicit, post hæc sit tibi, inquit, sicut ethnicus & publicanus id est, gentilis atque paganus, vt non iam pro Christiano

sed pro pagano habeatur. Et in alio loco, membrum quod
à sua compage resoluitur, & à iunctura charitatis dissoci-
tur, & omne corpus scandalizat, dominus, & abscindi, &
proici iubet, dicens: Si oculus, manus, vel pes tuus scanda-
lizat te, erue eum, & proice abs te. Et Apostolus: Auferte,
inquit, malum à vobis. Et iterū: Si quis frater nominatur,
& est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum
hunc modi, nec cibum sumere licet. Et Ioannes dilectus
præ ceteris Christi discipulus, talem nefarium hominem
salutare prohibebat, dicens: Nec ei aue dixeris, neq; eum
in domum receperis. Qui enim ei aue dicit, communicat
operibus eius malignis. Dominica itaque atque apostoli-
ca præcepta adimplentes membrum putridum & insana-
bile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicatio-
nis à corpore Ecclesiæ abscindamus, ne tam pestifero mor-
bo reliqua membra corporis, veluti veneno inficiantur.

Prima excommunicatio. Cap. III.

Igitur quia monita nostra, & crebras exhortationes *Ex eodē,*
contemnit, quia tertio secundum dominicum præce- *cap. 4.*
sum vocatus ad emendationem, & pœnitentiam venire
despexit: quia culpam suam ne cum cognouit, nec cōfes-
sus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exqui-
rimus: quia noster parochianus est, veniam postulauit: quia
in cœpta malitia diabolo cor eius indurante perseue-
rat, & iuxta quod Apostolus dicit: Secūdum duritiā suam,
& cor impenitens thesaurizat sibi iram in die iræ: idcir-
co nos eum cum vniuersis complicibus & communicato-
ribus, fautoribusq; suis, iudicio Dei omnipotentis, patris,
& filii, & spiritus sancti, & beati Petri principis apostolo-
rum, & omnium sanctorum, necnon & nostræ mediocri-
tatis autoritate, & potestate nobis diuinitus collata li-
gandi & soluendi in cœlo, & in terra, à preciosi corporis
& sanguinis domini perceptione, & à societate omnium
Christianorū separamus, & à liminibus sanctæ matris Ec-
clesie in cœlo, & in terra excludimus, & excommuni-
catum, & anathematizatum esse decernimus, & damnatum
cum diabolo & angelis eius, & omnibus reprobis in igne
eterno iudicamus, nisi forte à diaboli laqueis resipiscat, &
ad emendationem & pœnitentiam redeat, & Ecclesiæ Dei

CC iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

quā lē sit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertio, amē
aut, fiat, fiat, aut, anathema sit. Debent enim XII. sacerdo-
tes episcopū circumstare, & lucernas ardentes in manu-
tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommuni-
cationis proiicere debent in terram, & conculcare pe-
bus. Post hēc episcopus plebi ipsam excommunicationem
communibus verbis debet explanare, vt omnes intelliga-
quām terribiliter damnatus fit, & vt nouerint, quod ab
la hora in reliquum, nō pro Christiano, sed pro pagano
bēdus fit: & qui illi quasi Christiano communicauerit, an
cūm māducauerit, aut biberit, aut cum osculatus fuerit, pa-
cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad fa-
factionem & p̄enitentiā eum, prouocare studuerit, aut
domo sua eum receperit, aut simul cū eo orauerit, pro-
dubio similiter sit excōmunicatus. Deinde epistola pro
byteris per parochias mittātur, continentē modum ex-
communicationis. In quibus iubeatur, vt dominicis dieb̄ p̄
lectionē t̄ uangelii plebis sibi commissis publicē an-
cient ipsam excommunicationem, vt ne quis per igno-
tiam communicet excōmunicato. Oportet etiam, vt
episcopis ipsa excōmunicatio manifestetur. Principia
Toletanum concilium, vt inuicem mox scripta percū-
per omnes prouinciae episcopos quoscunque adire pos-
sint, vt excommunicatus audiatur. Seniori etiam eius
excommunicatio debet nota fieri.

Item excommunicationis allocutio. Cap. III.

Ex cōcil. Aurelia. cap. I. **A**udistis dilectissimi, quanta & quām horrida prudi-
tis ac iniuitatis opera. N. à diabolo instigatus pe-
petrare non timuerit, & quomodo per apostasiam à te
Christianæ religionis cultu prophana mente rece-
catus sit, sed venire distulerit, quomodo frequenter ad-
nitus, vt resipisceret à diaboli laqueis, quib⁹ tenetur ad
Ḡtus, saluberrimas admonitiones obduratis auribus con-
audire contēpserit. Dominus dicit in Euāgelio, de tñ
tumaci fratre, qui ecclesiasticā renuit suscipere corre-
nem: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit, sicut eu-
cus & publicanus, id est, iam nō est cōputandus inter
Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus domini & me-
stri doctrinam sequens, Corinthios redarguit, quate-

criminosis ac sceleratis cōmunionem haberent dicens: Vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur vir de medio vestrum, id est, separetur à vestro consortio, qui tale scelus operatus est. Et adiungit: Ego quidē absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis in vnum, & meo spiritu cum virtute domini mei Iesu, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis. Et post pauca: Scripsi vobis, ne commisceamini forniciariis. Et statim infert: Si is qui frater appellatur, id est, Christianus, fornicator est, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et alibi: Auferte malum ex vobis. Et, infidelis si discedit, discedat. Vna enim ouis mōrbida, omnem gregem contaminat. Et modicum fermentum totam massam corrumpit, & plerunque vnum membrum putridum totum corpus inficit. Et ideo tam pernicioſa pestis à corpore Ecclesiæ radicitus euellatur.

Excommunicatio secunda. Cap. V.

Dominis igitur atque apostolicis informati præcepimus, iudicio patris, & filij eius dñi nostri Iesu Christi, & spiritus sancti, & autoritate & potestate apostolis apostolorumq; successoribus à Deo concessa, vna vobiscum prædictū pessimum virū à liminibus sanctæ matris Ecclesie excludimus, & ab omni societate & cōmunione Christiana separamus, separatumque esse in æternum decernimus, id est, & præsenti seculo, & in futuro. Nullus ei Christianus aue dicat, aut cum osculari præsumat. Nullus presbyter Missam cum eo celebrare audeat, vel sacrosanctum corpus & sanguinem domini tradere. Nemo ei iungatur in cōsortio, neque in aliquo negocio. Et si quis eis se sociaverit & communicauerit eius operibus malignis, nouerit se simili percussum anathemate, his exceptis qui ob hanc causam ei iunguntur vt cum reuocent ab errore, & prouocent ad satisfactionem, nisi forte resipuerit, & Dei gratia inspirate ad poenitentia remediū cōuersus fuerit, & digna emendatione Ecclesiæ Dei quā læſit humiliter satisfecerit.

Item tertia excommunicatio. Cap. VI.

Ex eccl. concilio.

Canonica instituta, & sanctorum patrum exempla se. Turonē. cap. 2.
quætes, Ecclesiarum Dei violatores, videlicet, rapto-

CC ivij

D. BVRGHARDI. EPIS. VVORMAC.

res, de prædatores, & homicidas. N. in nomine patris, & filij, & virtute spiritus sancti, necnon autoritate episcopi per Petrum principem apostolorum diuinatus collata, a sancta matre Ecclesiae gremio segregamus, ac perpetua maledictionis anthemate condemnamus. Sintque maledicti in ciuitate, maledicti in agro, maledicti horreum eorum, maledictae reliquiae illorum, maledictus fructus vestris eorum, & fructus terræ illorum. Maledicti sint ingredientes, & maledicti sint egredientes. Sintque in domo maledicti in agro profugi, veniantque super eos omnes illæ maledictiones quas dominus per Moysen in populum diuinæ legis pruaricatorem se esse missurum intentauit, sintque anathemarana. i. per eant in secundo aduentu domini. Nullus presbyter Missam cum eis celebrare præsumat, vel sanctam communionem dare. Sepultura asini sepeliantur, & in sterquilinum sint super faciem terræ. Et sicut haec lucernæ de manibus nostris proprieatæ hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum extinguatur: nisi forte resipuerint. & Ecclesiæ Dei qualiter ruit per emendationem & condigua pœnitentiæ satisfecerint.

Excommunicatio quarta. Cap. VII.

Ex cōcil.
Arausic.
cap. 5.

C Anonica instituta, & sanctorum patrum exemplaria, quentes, Ecclesiarum Dei violatores. N. autoritas Dei, & iudicio sancti spiritus à gremio sancte matris Ecclesiae, & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quo usque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.

Reconciliatio excommunicati. Cap. VIII.

Ex eodē.

C Vnde aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam postulat, & emendationem promittit, episcopus qui eum excommunicauit, antea ianuas Ecclesiae venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circumstare debent. Vbi etiam adesse debent illi, quibus iniuria, vel damnum illatum est. Secundum leges diuinæ oportet damnum cōmissum emendarī, aut si iam emendatum est, eorum testimonio probari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentia iusta quod canones præcipiunt pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terræ prostratus veniam postulat, cul-

pam confitetur, pœnitentiam implorat, de futuris cautelā
spondet, tunc episcopus septem Psalmos decantet, cum
istis precibus. Kyrieleeson. Pater noster.
Saluum fac seruum tuum,
Deus meus sperantem in te.
Mitte ei domine auxilium de sancto,
Et de Sion tuere eum.
Nihil proficiet inimicus in eo,
Et filius iniquitatis non ap. &c.
Esto ei domine turris fortitudinis,
A facie inimici.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum,
Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Praesta quæsumus domine huic famulo tuo dignum
pœnitentiæ fructum, ut Ecclesiæ tuæ sanctæ à cuius
integritate deviarat peccando, admissorum veniam con-
sequendo reddatur innoxius. Per dominum.

Item alia.

Magistram tuam quæsumus domine sancte pater
omnipotens æternæ Deus, qui nō mortem sed pec-
catorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum
tuum, attende prostratum, eius planctum in gaudium tuæ
miserationis converte, scinde delictorum saccum, & in-
due eum latitiam salutarem, vt post longam peregrina-
tionis famé de sanctis altaribus satietur, ingressisque cu-
biculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriae tuæ
semper. Per dominum.

Tunc episcopus apprehensa manu eius dextera in Eccle-
siam cum introducat, & ei cœmunionem & societatem
Christianam reddat, & hanc orationem dicat.

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multi-
tudinem miserationum tuarum peccata pœnitentia-
rum deles, & præteriorum criminum culpas, venia re-
missionis euacuas, respice super hunc famulum N. & re-
missionem sibi omnium peccatorum toto cordis confessio-
ne poscentem deprecatus exaudi, in noua in eo piissime pa-

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

ter, quicquid diabolica fraude violatū est, in vnitate corporis Ecclesiæ tuæ, miserere domine gemitum eius, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam in tua misericordia, ad sacramentum reconciliationis admittit. Per dominum nostrum.

Post hæc secundum modum culpæ pœnitentiam eiungat, & literas per parochiam dirigat, ut omnino uerint eum in societate Christiana receptum. Aliis etia episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alius parochianum excommunicare vel reconciliare presumat, sine conscientia vel consensu proprii episcopi.

Ne episcopi præcipites sint aliquem excommunicare.

Cap. IX.

Ex epist. **D**eus omnipotens, vt nos à præcipitantis prolatione sententiæ compesceret, quum omnia nuda & aperte sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit auditæ iudicare, priusquam manifesta agnosceret, quæ dicebantur. Vide ait: Descēdam & videbo vtrum clamorem qui venit a me opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Cuius emplo monemur, ne ad proferendam sententiam vñquam præcipites simus, aut temere indiligerenterque indicemus, quæque quoquo modo iudicemus.

De eadam re. Caput X.

Ex synodo Melitensi, ca. 3. **V**t nemo episcorum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa, communione priuet ecclesiasticæ. Sub anathema autem sine conscientia archiepiscopii aut coepiscorum, episcopus nullum ponat, nisi vnde canonica docet autoritas: quia anathema æterna est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimen, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

De eadem re. Caput XI.

Ex cōcil. Agathen. **E**piscopi verò si sacerdotali moderatione posthabita innocentia aut in minimis causis culpabiles excommunicare præsumperint, & ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, à vicinis episcopis cuiuslibet prouinciae literis moneantur, & si parcere noluerint, à communione confratrum usque ad proximam synodus suspendantur, & ibi rationem profecto dent, ne fortasse excommunicatores peccatum excommunicati logo tempore morte præueniatur.

Vt nullus grauiter ferat cuius parochianus ab alio
episcopo pro certa culpa excommunicatus
fuerit. Caput XIII.

P lacuit etiam pro communii vtilitate, & instanti neces. Ex conci-
sitate, vt nullus episcoporum grauiter ferat, si eius pa- apud Cō-
rochianum, pro deprædationis causa, alter episcopus ex pendium,
communicauerit. cap. 5.

De illis qui in parochia consistentes aliquid contra Deum
fecerint, quoties ab episcopo ad emendationem voca-
ri debeant. Caput XIII.

E piscopus in cuius parochia aliquis consistentis, aliquid Ex cōcil.
In iustè fecerit, semel & bis, atque tertio, si necesse Meldēsi,
fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum nuncium cap. 3.
canonicè ad emendationem sive compositionem, & ad
penitentiam, vt Deo & Ecclesiæ satisfaciat quam læsit. Si
autem despexerit atque contempserit eius admonitionē,
& saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali vir-
ga, hoc est, sententia excommunicationis, vt à communio-
ne sanctæ Ecclesiæ omniumque Christianorum sit sepa-
ratus, vsque ad congruam satisfactionem & dignam emē-
dationem. Quam excommunicationem debet idem epi-
scopus seniori illius notam facere, & omnibus suis coëpi-
scopis, & omnibus suis parochianis ne eum recipienti
vsque ad dignam satisfactionem.

De eadem re. Cap. XIV.

E piscopus qui eos quolibet munere vel fauore aut ne- Ex eodē,
gligentia monere aut excommunicare distulerit, qui cap. 6.
contra Deum & Ecclesiæ pacē faciunt, vt aut reuertentes
fuscipti, aut contēnentes de Ecclesia eiiciat, excommuni-
catus habeatur à collegio cæterorum, quousq; vel emen-
dationis, vel dānationis eorū ab eo sententia promulgetur.

Quod aliud sit peccare in Deū, aliud in hominē. Cap. XV.

A ttendendum est q̄oud dominus dicit: Si peccauerit Ex dictis
in te frater tuus. Aliud est peccare in nos, aliud pec- Auguſti.
care in Deum. Si in nos aliquis peccauerit, non est no-
stri arbitrij. Scriptum quippe est: Si peccauerit vir in vi-
rum, placari potest ei Deus. Si autem in Deū peccauerit,
quis orabit pro eo? Nos ècontrario in Dei iniuria benigni
& misericordes sum⁹, & Dei offensam, quasi in nostra pote-

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

state sit eius velle, & eius nolle, impunè absque congruenti pœnitentiæ vindicta donamus: quum tamen quod in nobis commissum est, nec saltem verbum contumeliosum leuiterq; prolatum sine vindicta pertransire patimur. Dimitramus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est, & quod in Deo commissum est: quia dimittere non possumus, iuxta constitutionem sanctorum patrum, secundum canoniam autoritatem vindicemus.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex cœcil. Meldēsi, cap. 5. **V**T peruersores rerum Ecclesiasticarum, qui eadēm contra autoritatē non solum retinere, verū & crudeliter depopulari noscuntur, (quidam enim facultate etiam Ecclesiæ in diuera collaboratione & redditibus ea expoliant, sed & pauperes & vicinos & circummanentes immisericorditer affligunt, deuastant & opprimunt, ut pacies qui secundum Apostolum à regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato publica penitentia multentur. Quod si hoc agere noluerint, proferatur contra eos apostolica terribilisq; sententia qua dicitur: Si quis frater nominatur, & est rapax, cum huiusmodi nec cibū quisquam sumere presumat: quia iniquum & sacrilegium est, vt Symmachus papa, & post eum beatus Gregorius Sabinus subdiacono scribit: Si quis quod venerabilibus locis relinquit prauæ voluntatis studiis, suis compendiis tentauerit retinere, secundum statuta canonum ab omnibus Ecclesiastica communione vt sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione, quod admisit corrigere.

Quod sanctum sanctorum sit, quicquid domino offeratur. Cap. XVII.

Ex decr. Bonifacij papæ. cap. 5.

NVlli liceat ignorare, omne quod domino consecratum fuerit, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum est domino, & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod quia inexcusabilis erit omnis, qui à domino & Ecclesiæ competenti, aufert, restitut, inuidit, vel eripit, usque ad emendationem Ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus dicitur, & si emendare noluerit excommunicetur.

DE EXCOMMUNICA. DECRET. LIB. XI. 207

De illis qui Christi pecunias auferunt vel rapiunt.

Caput XVIII.

Qui abstulit, inquit, aliquid patri, homicidae particeps *Ex epist. Anacleti*
est. Pater noster, sine dubio, Deus est, qui nos creauit. *papæ cun-*
Mater verò Ecclesia, quæ nos in baptismo spiri- *tus fideli-*
tualiter regenerauit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ *bns missa*
auferat, rapit, aut fraudat, homicida est, atq; ante Deum ho-
micia deputatur. Qui enim res Ecclesiæ abstulerit, sacri-
legium facit, & ut sacrilegus iudicandus est.

De eadem re. Cap. XIX.

Rerum Ecclesiasticarum & facultatū raptore à limi-
nibus sanctæ Ecclesiæ anathematizantes apostolica
autoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse iu-
dicamus, & non solum eos, sed etiam omnes consentientes
eis: quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt
rei iudicantur. Augustinus dicit: Qui aliquid de Ecclesia fu-
ratur & rapit, Iudeæ proditori comparatur.

De eadem re. Cap. XX.

Hic qui dederit vel acceperit oblationes altaris, præter *Ex cœcil.*
Episcopum vel eius missum, & qui dat & qui accipit, *Gagren.*
anathema sit. *cap. 8.*

De eadem re. Cap. XXI.

Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam rapere vel *Ex cœcil.*
S dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius *apud S.*
cui huiusmodi officia commissa sunt, anathema sit. *Medar-*
dū, cap. 1.

De eadem re. Cap. XXII.

Vti qui monasteria & loca Deo sacrata & Ecclesiæ *Ex decc.*
infringunt, & deposita vel alia quilibet exinde abstra *Ioannis*
hunc, dampnum nouies componant, & emunitatem triplici *pa.ca.10*
ter, & velut sacrilegi canonice sententiae subigantur.

De his qui domum Dei contemptibilem ducunt.

Caput XXIII.

Quisquis fastu superbie elatus, domum Dei ducit con *Ex cœcil.*
temptibilem, & possessiones Deo sacratas, atque ad *Moguti,*
honorē Dei sub regiæ emunitatis defensione con *cap. 7.*
stitutas, in honeste tractauerit, vel infringere præsumpsit,
aut incendi, vel vastationes ausu temerario perpetraue rit,
quasi inuasor & violator Ecclesiæ Dei, quæ est domus Dei
viri, à communione omnium fidelium absindatur.

D. BVRCHARDI EPIS .VVORMAC

De eadem re. Cap. XXIII.

Ex codē. **S**i quis cuiuscunque munuscula Ecclesiae sanctis scriptis
cap. 6. rarū titulis collecta, nefaria calliditate abstulerit, fra-
dauerit, inuaserit, retentauerit, atq; surripuerit, & non fa-
tim à sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, id
Ecclesiae catholicæ communione pellatur.

Vires ablatæ cum multiplicatione restituantur.

Caput XXV.

Ex decr. **E**ST etiam in antiquis Ecclesiae statutis decretum,
Euseby **E** qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum mul-
tiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scripsi
pa. ca. 4. est, quod si aliquid aliquem defraudauit, reddo quadrupla.
Quod Ecclesiasticarum rerum incendia & depre-
dationes pro emunitate sint emendanda.

Cap. XXVI.

Ex epist. **C**VM deuotissimam dominā sciam de cœlestiuitate
Gregor. **C** remedio animæ suæ sedulò cogitare, culpam me con-
pape ad mittere vehementer existimo, si ea quæ pro timore omni-
Constatti- potentis Dei sunt suggesta siluero, & te sanctissima
nam reg. de Ecclesiastica pace sedulè non cōmonuero. Nimis me lo-
Galliae. liani fratri & coëpiscopi nostri proclamation nuper com-
stauit, maximè cùm villæ suæ videlicet Ecclesiae à nequissimis prædonibus sint deprædatæ, atq; nocturnis incendiis
more furum combustæ: & dum idem maligni iuxtanostri
prædecessoris Bonifacij decreta, pro emunitate illud emen-
dere noluerint, dum & seculi leges huc eadem ita habent
voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scribitur: Si quis in
nu armata usque ad quatuor homines in vicum alterius
malefaciendum venerit, ille qui prior est illicita præsum-
ptione componat solidos DCCCC. sequaces vero eius
vnusquisque solidos LXXX. si verò ibi incendium fecerint,
sibi nonam componant, prædam verò in quadrupla
restituant. Si seculi leges talem iustitiam habere volerint,
lex diuina quur inferior esse debet, cùm in ipsius
veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, si aliquem
defraudaret, ut in quadrupla restitueret. Et quia sum
in regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cōtra
iura seruare, & in subiectos non sinere quod potestur
fieri, sed quod æquum est custodi, quod vos & diligete, &
omnino confidimus studere: quapropter excellentia tua

DE EXCOMMUNICA. DECR. LIB. XI. 208

mense Nouembri præsentis anni, secunda indictione, Petrum & coëscopum à gremio sanctæ Romanæ Ecclesiæ trahimimus, ut fratribus eiusdem prouincia in vnum congregatis, emunitas & præsumptio & sacrilegium canonica autoritate, & vestra regia dignitate talem terminum accipiunt, ne post hac membra diaboli, filii nequam, in sancta Ecclesia te etiam ibi regnante talia præsumant.

De rebus Ecclesiasticis quomodo restitui debant. Cap. XXVII.

ET in legibus seculi cautum habetur. Qui rem surripit alienam, illi cuius res direpta est, in undecuplum quæ sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur. Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui: & dicit omnis populus, amen. Talia ergo non præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque damnatione. Pacem, & non dampnum aut iniustitiam alicuius, sectamini in inuidem, & in omnes. Proinde si quis Ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum fuerit, rapuerit, vel consenserit facientibus, ut sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonice poeniteat.

Quod sacrilegi sint Ecclesiarum prædones.

Caput XXVIII.

Sacrilegi sunt Ecclesiarum prædones. Vnde & in concilio Agatensi sub quarto capitulo decretum habetur *Ex cœcil.* Iria Amico quippia in rapere furtum est: Ecclesiæ verò frau *Moguti,* dari vel abstrahi surripique sacrilegium. Omnes enim contra legem facientes, resque Ecclesiæ diripientes, vel Ecclesiæ sacerdotes que contra diuinæ sanxiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames, sacrilegique habendi sunt.

De eadem re. Cap. XXIX.

AD sedem autem apostolicam perlatum est, quod sint inter vos contentionens & emulationes, & prædia diuinis vñibus tradita, quidam humanis applicent vñibus, & domino Deo cui tradita sunt ea subtrahant, & suis vñibus inseruant. Quapropter ab omnibus illa usurpationis contumelia depellenda est, ne prædia sub secretis cœlestibus iudicuta a quibusdam irruentibus vexentur. Quod

Ex epist.

Pii papæ

Italicis

fratribus

missa.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

si quis præsumperit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegi
iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt: clericos ac dominica
cerdotes persecuti eosque infamare audiuiimus, ut malum
per malū addentes deteriores fiant, non intelligentes quid
Ecclesia Dei in sacerdotibus consistat, & crescat in templo
Dei: & sicut qui Ecclesiam Dei vastat, eiusque prædia &
naria expoliat, & inuidit sit sacrilegus, sic & ille qui cuius
cerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegij
dicatur.

*De his qui truncationes membrorum, deprædationes
& domorū incendia fecerint. Cap. XXX.*

Ex decr. **S**i quis membrorum truncationes, domorum incendi
Eutychia **S**cerit, siue facere iussuerit, aut facienti consenserit, quod
pape. que de his vnicuique legaliter vel amicabiliter coram
scopo ciuitatis aliisque ciuibus non emendauerit, ab Eccle
sia se priuatum cognoscat. Si vero post secundam & tertiā
conuentionem, cuncta in quibus arguitur nō emendauerit,
tanquam ethnicus & publicanus ab omni Christianorum
collegio separetur.

Quod cum excommunicato orare non liceat.

Caput XXXI.

Ex dictis **C**VM excommunicato, neque orare, neque loqui, nisi
S. Isidor. **C**quaē ad eandem excommunicationem pertinent, ne
vesci cuique liceat.

De eadem re. Cap. XXXII.

Ex dictis **S**i quis frater, aut palam aut absconsē cum excommuni
cūdem. **S**cato fuerit locutus, communem statim cum eo excom
municationis contrahet pœnam.

De eadem re. Cap. XXXIII.

Ex dictis **C**VM excommunicato nullus loquatur, neque qualibet
Fructuosi **C**uem compassione vel miseratione refoueat, neque
episcopi. contradictionem, vel superbiam confortare præsumat.

De eadem re. Cap. XXXIII.

Ex cōcil. **C**VM excommunicatis nō licet communicare, nec com
Antioch. **C**his qui per domos conueniunt, deuantes orationes
cap. 2. Ecclesiæ, ubi simul orandum est. Si quilibet autem excom
prehensus fuerit cum excommunicatis communicare, et
tiam iste priuetur communione.

De eadem re. Cap. XXXV.

Si quis cum excommunicato, saltem in domo, simul ora-
uerit, iste communione priuetur. *Ex canon-
ne aposto-
lorum.*

De eadem re. Cap. XXXVI.

De his qui communione priuantur, seu ex clero, seu ex laicali ordine, ab episcopis per unamquamque pro-
vinciam sententia regularis obtineatur, ut hi qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem ne pusilla
limitate aut contentione, vel alio quolibet vicio episco-
pi videatur à communione seclusus.

De eadem re. Cap. XXXVII.

Si quis à proprio episcopo communione priuatus est, nō ante suscipiatur ab aliis episcopis, quam suō reconciliatur episcopo. *Ex cœcil.
Antio-
che.ca.6*

De eadem re. Cap. XXXVIII.

Excommunicatos quoque à sacerdotibus nullus reci-
piat ante utriusque partis examinationem iusta, nec cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut osculo commu-
nicet, nec a eis dicat: quia quicunq; in his, vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerit, iuxta apostolorum institutionem, & ipse simili excommunica-
tioni subiaceat.

De eadem re. Cap. XXXIX.

NON antem liceat communicare incommunicatis, Ex cœcil.
Non neque per domos ingredi, & cum eis orare, qui Ecclesiae in oratione non participant, nec in alteram Ecclesiā recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si visus fuerit quilibet episcoporum, vel presbyterorum, aut diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, incommunicatis communicare, & hunc oportet communione priuari, tanquam Ecclesiæ regulas confundentem.

De eadem re. Cap. XL.

Ex decreto Fabiani:
Si quis sponte communicauerit excommunicato, verbo, pape epi-
oratione, in cibo, vel potu, XL. dies pœnitentia in pane, scapis Gal-
fale, & aqua. Qui vero eis communicauerit in homicidiis, liæ missis.

DD

D.BVRCHARD: EPIS. VVORMA.

vel flagitiis, reus erit iræ, & vindicta Dei omnipotenti quem spernit: quia hæc omnia diuina ei voce interdita sunt, & secundum Apostolum, obedire Deo oportet magis quam hominibus, & secundum quod deliquerit, dignè ium decreta canonum pœnitentia: & si pœnitere noluerint, communicetur.

De eadem re.

Cap. XLI.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 10. **D**EHIS qui pro delicto suo à communione separantur, ita placuit, ut in quibuscunque locis fuerint exclusi, eodem loco consequantur communionem.

De eadem re.

Cap. XLII.

Ex cōcil. Rotoma. cap. 3. **S**VNT aliqui qui culpis exigentibus ab episcopo proprio excommunicantur, & ab aliis Ecclesiasticis, vel clericis præsumptione, in communionem accipiuntur, quod omnino sanctum Nicenum concilium, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense prohibent.

De eadem re.

Cap. XLIII.

Ex cōcil. Cartha- gi. cap. 9. **A**Vgustinus episcopus legatus Numidiæ prouincie statuere dignemini, ut si qui forte meritos cinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, & siue ab episcopo aliquo, vel presbytero fuerint in communionem suscripti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius fugientibus sui episcopi regulare iudicium, Ab viuenter episcopis dictum est, omnibus placet.

De eadem re.

Cap. XLIV.

Ex eodē, cap. 73. **Q**VI communicauerit, vel orauerit cum excommunicato: si laicus est, excommunicetur, si clericus deponatur.

De illis qui ex alia parochia sunt, & depravationes faciunt.

Cap. XLV.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 2. **D**E illis autem, qui infra parochiam beneficij autoritatem habent, & alterius Episcopi parochiam sunt, & de loco ad locum iter faciunt, rapinas & depravationes peragunt, placuit, ut excommunicentur, nec ex parochia exeant, quamquam quæ perpetrarunt, dignè emendent. Quorum excommunicatione seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipient, antequam redeant, ybi in rapinâ fecerūt, & omnia pleniter emederentur.

De illis qui defendunt delinquentes. Cap. XLVI.

QVI consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, Basilius & corripetur increpatione severissima. Hinc & quidam p̄scopi. sanctissimus pater ait: Si quis errori alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum, & excommunicandum.

De illis qui intra annum causam suam tractare neglexerint. Cap. XLVII.

QVICUNQUE igitur intra anni spaciū ciuiliter, siue p̄ decrebile causam suam coram suis excommunicatoribus Gelasii non peregerint, ipsi sibi audiētiæ clausisse adiūtū videatur. Quod si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos illius causam iuxta beati Leonis predecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantur, quibus viuis non comunicauimus, mortuis non communicare possumus,

De eadem re. Cap. XLVIII.

HIS SANCTIS, qui ante audiētiam cōmunicare tentauerint, Ex decreto donec per p̄sonitatem reatum suum defleant, ad eiusdem communionem nullo modo reducantur, excepto mortis cap. 13. interitu urgente. Qui verò excommunicato sciēter cōmunicauerit, & amodo saltem in domo simul orauerit, atque latebras defensionis, ne minus ad satisfactionē perdicatur, præbuerit, donec ab excommunicatorib⁹ p̄sonitatem suscipiat, corporis & sanguinis domini cōmunione priuatum se esse cognoscat, & delictum secundum cōnones p̄sonireat.

Vi notentur excommunicatorum nomina, & in foribus ecclesiæ præfigantur. Cap. XLIX.

CVRÆ sit omnibus episcopis, excommunicatorū nomi Ex decreto na omnino tam vicinis episcopis, quam suis parochia Honoriū nisi pariter indicare, eaq; in celebri loco posita præ forib⁹ papæ, cap. 11. Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in ita. utique diligentia, & excommunicatis vbique ecclesiastis auditus excludatur, & excusationis causa omnibus asseratur.

De episcopo, qui ante damnati absolutionē obierit. Cap. L, Ex cōcil.

SI episcopus ante dānati absolutionem, obitu rapiatur: Ep̄sonēsi correptum, aut p̄sonitē successorē licebit absoluere. cap. 10.

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

De illis qui excommunicati moriuntur.

Caput L I.

Ex eodē, cap. 11. **S**i aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui iam sit confessus, & testimonium habet bonū, & non poterat venire ad sacerdotem, sed praeoccupauit eū mors in domo, at in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

De eadem re. Cap. L II.

Ex epist. Leonis p̄a p̄e, ca. 21. **H**orum causa Dei iudicio reseruanda est, in cuius mōnu fuit, ut talium obitus vsq; ad communionis remedium non differretur. Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.

De furib⁹ & furtis. Cap. L III.

Ex dictis August. **D**ixit dominus ad Mosen: Accipiat vnumquisq; à proximo, & proxima vasa argentea, & aurea, & vestes &c. Non hinc quisque exemplum sumendum putare debet ad expoliandum proximū, hoc enim Deus iussit, qui norat quid quemq; pati oporteret. Nec Israëlitæ fecerūt, sed Deo iubenti ministeriū præbuerunt, quemadmodū quoniam minister occidit eum, quem index iussit occidi.

De eadem re. Cap. L IV.

Ex dictis eiusdem. **P**oenale est occulte auferre, multò maioris pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti, siue occulte, seu palam, habet præceptum suum. Furti enim nomine pernè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed subfurti nomine rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significauit quicquid auferetur.

De eadem re. Cap. L V.

Ex dictis Hierony. **F**uror autem non solum in maioribus, sed in minoribus etiam iudicatur. Non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur: quomodo in fornicatione, non idcirco diuersa sit fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauper aut opulenta: sed qualunque illa fuerit, una est fornicatio. Ita in furto, quantumcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

DE EXCOMMUNICA. DEC. LIB. XI. 211

De eadem re. Cap. LVI.

Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestem, Ex pœnitentia
vel pecus propter famem, aut per nuditatem, pœnitentia
hebdomadas tres: si reddiderit, non cogatur ieiunare. Theodo-
ri.

De eadem re. Cap. LVII.

NAM si quis publicam rapinam, seu furtum fecerit, pu-
blicam inde agat pœnitentiam, iuxta sanctorum ca- Ex cœcil.
nonum sanctiones. Si verò occulte, sacerdotum consilio Aurelia.
pœnitentia: quoniā raptore, ut Apostolus ait, nisi inde ve- cap. 8.
ram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possebunt.
Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, grauius
iudicetur: quia quanvis vltio furum, & raptorum, ad comi-
tes respiciat, pœnitentia tamen ad episcopos pertinet.

De eadem re. Cap. LVIII.

Si quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia Ex pœni-
tulerit, vel casas effregerit, septem annos pœnitentia: & tentia
quod furatum est, reddat. Si quis verò de minoribus semel Theodo-
aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, & annum unum cap. 8.
pœnitentia, vel si quis sepulchrū violauerit, VII. annos pœ-
nitentia, tres ex his in pane & aqua.

De eadem re. Cap. LIX.

Vres & latrones, si in furando & prædāo occiduntur, Ex cœcil.
visum est pro eis non orandum. Si cōprehensi, aut vul. Triburi.
uerati, presbytero, vel diacono confessi fuerint, commu- cap. 5.
nionem eis non negamus.

De eadem re. Cap. LX.

Si fur aut latro captus in præda, absque occasione potest Ex cœcil.
comprehendi, & tamen interficitur: quia ad imaginem Aurelia.
Dei creati, & in nomine eius baptizati sunt, interfectores cap. 1.
eorum XL. diebus non intrent Ecclesiam: lanea veste in-
duti, ab escis & potibus, qui interdicti sunt à thoro, à gla-
dio, & equitatu se abstineant. In III. V. feria, & sabbato,
aliquo genere leguminum, vel holerum, & pomis, paruisq;
pisticulis cum mediocri ceruisia vicissim vtantur & tem-
peratè. Sin autem à veridicis comprobatur testibus, quod
sine odii meditatione se, suaque liberando diaboli mem-

DD iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

bra interficiunt, & capi non poterant, pœnitentia prob
micio eis iniugimus, nisi ipsi voluerint aliquid quod
manitatis est facere: & si presbyter est, nō deponatur,
et tamen vitæ suæ diebus pœnitentiam agat.

De eadem re. Cap. LXI.

In Exo-
do dici-
tur.

S I infringens fur domum, siue effodiens fuerit innu-
& accepto vulnere mortuus fuerit, percussor nō erit reu-
sanguinis. Quod si orto sole fecerit, homicidium perpet-
uit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furtu re-
dat, venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum quod si-
ratus est, viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis, dupli-
stituet.

De seruo qui fugerit dominum suum.

Caput LXII.

Ex epist. Hieronymi, ad Bacasium Alexandrinum.
Hierony. E X epistola Hieronymi, ad Bacasium Alexandrinum.

De seruo qui fugerit dominum suum interrogabat ille in illa fuga mortuus fuerit, vtrum liceret pro eo dñe, an non. Hoc in diuinis libris non inuenimus probatum, sed tamen scimus ab apostolis firmiter præcepimus ut serui subditi sint in omni timore dominis: non tamen bonis & modestis, sed etiam discolis. Et in Gangri cilio ita scriptum est: Si quis seruum sub prætextu dilectus doceat dominum proprium contemnere, vt distarabat eius obsequio, anathema sit. Vnde datur intelligi quod si ille anathema meruit, qui docet seruum proprium dominum contemnere, & ab eius obsequio recedere, quanto magis ille qui dominum spernit, & eius seruitudo noluerit? Sed tamē distantia est inter illum qui persupbiā fecerit, & illum qui per necessitatem coactus cruditate domini sui.

De clericis, si in demoliendis sepulchris compre-
hensi fuerint. Cap. LXIII.

Ex cœcil. Toleran. S I quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit depe-
s. ca. 45. s. h̄esus: quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis
sanguine vindicatur, oportet in tali scelere proditu, ad
dicat⁹ ordine submoueri, & pœnitentiæ triennio depun-

De clericis aut monachis, si furtum fecerint.

Caput LXIV.

Agathē. S I quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod per
cap. 2. eius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinatio-

DE EXCOMMUNICA. DECR. LIB. XI. 212

vti unior virgis cæsus, tanti criminis reus, nunquam officium ecclesiasticum excipiat. Si vero iam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate priuetur: cui sufficere potest pro actus sui leuitate, impleta pœnitentia satisfactione, sola communio.

De illis qui de ministerio Ecclesiae aliquid furati fuerint. Cap. LXV.

Si aliquis de ministerio Ecclesiae quolibet modo aliquid Ex pœnitentiali furatus fuerit, VII. annos pœnitieat.

De monachis si de furto infamati fuerint, quomodo se expurgare debeant. Cap. LXVI.

SAEpe contingit, vt in monasteriis monachorum furta Ex cœcil. perpetrentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres Vvorma. de talibus se expurgare debuerint, Missa ab abbe cele- cap. 10. bretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus, & sic expleta Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus do- minis sit mihi ad probationem hodie.

De illis qui colonorum flagella defendunt
Caput LXVII.

Decreuit sancta synodus, vt episcopus ac ministri epi- Ex concil. scoporum pro criminibus colonos flagellare cum Elibertâ. virginis potestatem habeant, propter metum aliorum, vt ipsi cap. 9. criminosi corrigantur, vt vel inuiti pœnitentiam agant, ne aternaliter pereant. Si vero seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eisdem colonos ne distringantur defendere præsumperint, sciant se excommunicationis ecclæsiastica sententia feriendos.

De episcopis qui apud Romanam sedem accusati fue-
rant, quod cum excommunicatis communica-
rent. Caput LXVII.

Regno Cœradi piissimi & Christianissimi regis quin- Ex cœcil. to, cōgregata est sancta generalis synodus apud Al- apud Al- theim in pago Rethia, præsente videlicet domini Ioan- theim ha- nis papæ apocrisiario sanctæ Ortësis Ecclesiae Petro vene- bito cui in tabili episcopo. Hoc quaten⁹ aliquo modo diabolica semi terfuit na in nostris partibus exorta extirpare, & nefandissimas Coura- DD iiiidus rex.

D. BVRCHARDI. EPIS. VVORMAC.

machinationes quorundam peruersorum hominum sedare, & eliminando purgare deberet. Transacto igitur triduo ieiunio, & sacris lithaniis more debito celebratis, conuenimus in Ecclesia sancti Ioannis Baptistæ, & in eis consedimus. Tum demum præfatus S. Petri, & domini Ioannis papæ missus, proferens chartam apostolicis literis incipit quam monemus, arguebamur, & instruebamur, & omnibus ad veram religionem Christianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia, ut iustum & dignum erat, humiliter accepimus, diligenter tractauimus, & deuoto affectu omnimodo amplectebamur. Ergo euangelicam præceptionem & institutionem saluberrimam lachrymabili voce proclamus, qua arguebantur Pharisei & Scribæ: Mundate, inquit, prius quæ intus sunt. Et item: Eiice primum trabem oculo tuo. Ac propheticum illud: Ruina populi, sacerdotes mali. Perpendentes, & discutiendo nosmetipsos inspicientes, & in medium pœnitentiæ sanctæ digno fructu ad terram nos proiicientes, defleuimus negligentias innumerabiles, & peccata nostra grauissima. Deinde hortu domini Petri contra nosmetipsos, & vitia irati admitemus primo sancto spiritu, & miserante, capitula infra nota, ad correctionem tam nostram, quam Christiani populi statuendo collegimus.

De episcopis qui sibi electos seducunt communicantes cum excommunicatis. Cap. LXIX.

Ex eodē concilio, cap. 6.

SCimus sacra autoritate scriptum, qui excommunicatoe communicauerit, excommunicetur. In hoc nos fatigemus episcopi, & presbyteri, & clerici pœnaliter peccato quod in posterum Deo auxiliante, & emendare & evitare cupimus, & præcipimus.

Ex eodē cap. 7.

Placuit sanctæ synodo hunc errorem quasi impium ab Ecclesia amouere: quia animarum curam à domino acceptimus, non pecuniarum. Inde & reddituri sumus damnationem, & accepturi propter suam misericordiam aeternam retributionem, vel iustum damnationem.

De episcopis ut non sint malum exemplum populo.

Ex eodē, cap. 8.

Bonum exemplum populis, seipso episcopi vel sacerdotes debent præbere, & ostendere non solum diffi-

verum & factis. Propter hoc enim statuimus, minimè vnu-
quam in posterum contra sacra statuta aliquo modo com-
municemus excommunicatis, & diudicemus nosmetip-
sos, quatenus in futuro nō iudicemur à domino. Sequi cu-
pimus dicta & statuta sancti Gregorij papæ, & pœnitentia-
tiam dignam agere volumus secrète in monasterio: quia
publicè nequim⁹: in futuro q; prædicta omnib⁹ modis Deo
propitio vitare volumus. Eandemq; legē statuentes pref-
byteris, diaconibus, & omni clero, si de grādu deponi no-
luerint, vt fideliter obseruent, & aliis seruare prædicent.

*De correctione episcoporum qui cum excommunicata
comunicauerunt. Cap. LXXII.*

Autoritate apostolica firmamus dicta, & præcepta san- *Ex eodē.*
ctorum canonum, & interdicimus, quām diu quis ex- *cap. 9.*
communicatus sit, vt nullus nostrorū episcoporum ei au-
deat communicare, vel cum eo in Ecclesia orare. Et laici
qui secuti sunt nos, vt dicunt, errādo & sequendo nos mo-
do, nos aut nosmetip̄sos per pœnitētiā macerantes cor-
rigendo, & viam eis vitæ prædicantes, & aperientes: vt re-
ficiant à diaboli laqueis, à quibus per nostra mala exem-
pla capti tenentur, & ad veram matrem Ecclesiam per pœ-
nitētiā reuertantur.

*De his qui contemnunt bannum ab episcopis im-
positum. Cap. LXXIII.*

Nemo contemnat neque transgrediatur bannum ab *Ex cōcil.*
episcopis superimpositum. Sciat & abhorreat in epi- *Triburi.*
stola B. Clementis dictum, contra se scriptum. Si vobis epi-
scopis nō obedierint omnes, tam maioris, quām & inferio-
ris ordinis, atque reliqui populi tribus, & lingua, non fo- *cui inter-
fuit rex*
lūm infames, sed & extores à regno Dei, & consortio fi- *Arnol-*
delium, à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt, & *phus, ca.*
8.
audiant ipsum dominum in Euangelio dicentem: *Qui vos*
audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quapropter
nos euangelicam & apostolicam considerantes autorita-
tem, non quæstum pecuniarum, sed lucrum querentes ani-
marum, statuimus & confirmamus, vt si quis post hanc hu-
ius sancti concilij definitionem inuentus fuerit corrupisse
bannum ab episcopis impositum, XL. dierum castigatione
corripiatur tantum in pane, & sale, & aqua.

D. BVRCHAR DI EPIS. VVORMAC.

De eo pro quibus causis quemlibet hominem anathematis vinculo ligari oporteat. Cap. LXXIII

Ex eodē,
cap. 30.

QVæsum est in eadem synodo, pro quibus causis libet hominem episcopali autoritate, vinculo an-

thematis ligari oporteat, atque unanimi cō-

citorum sententia decretum est, pro his tribus criminib-

fieri debere: cū ad synodum canonice iussus venire con-

temnit. Aut postquam illuc venerit, sacerdotalibus resu-

obedire præceptis. Aut ante finitam causæ suæ exami-

nationem, à synodo profugus abire præsumit.

De illis qui furtum & rapinam exercuerint.

Caput LXV.

Ex eodē,
cap. 31.

TRanquillitatem sanctæ Dei ecclesiæ inquietari, & p-

cem fraternalm infestari testantur, fures & latro-

qui ambulant inter nos ouina pelle obumbrati, sed impo-

mente recedunt alienati, saeva mente res Ecclesiarum re-

ducti rapientes, & gregem dominicum spoliando lacer-

tes, de quibus saluator in Euāgelio commemorat: Qui

intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est & latro. Ap-

sibiunxit: Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & po-

dat. Vbi quamvis hæreticos qui fidem furantur Ecclesie

designet, tamen inseguitione furum & latronum, tutissi-

am monstrat pacem Ecclesiarum. De talibus Apostoli

ad Philippenses: Videte canes, videte malos operarios. C-

nes vocavit, qui non habent verecundia. Malos operarios

quia nulla faciunt quæ pietati conueniant. Et domine

per prophetam Esaiam: Ego dominus diligens iudicium

& odio habens rapinam. Vnde nos quæ dominus diligit

diligentes, & quæ odio, habentes, statuimus & iudicamus,

si quis post hæc Euāgelica & apostolica atque propheta-

ca verba, & definitionem pacatissimæ synodi, inueniat

fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolo

actu mortem meretur incurrire, nullus pro eo praesum-

orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo dñe

in memoriam clericorum nec pauperum veniat, sed ex-

crabilis sordecat. Beatus Augustinus de talibus horri-

lem profert sententiam, dicens: Nemo te post mortem tu-

fideliter redimit: quia tu te redimere noluisti. Si autem

fur, vel latro, vulneratus elabitur, & expectatione mortis

desperatus putatur, atque reconciliari se mysteriis sacro-
sanctis habitu corporis, & voluntate pie mentis depreca-
tur, Deoque & sacerdoti vita comite emendationem, &
actum confitetur, communionis gratiam non negamus tri-
buendam.

De illis qui in patibulis suspenduntur. Cap. LXXVI.

Quæstum est ab aliquibus fratribus de his qui in pa- *Ex cœcil.*
Tribulis suspenduntur pro suis sceleribus, post confes- *Moguti.*
sionem Deo peractam, utrum cadauera illorum *cap. 5.*

ad Ecclesiæ deferenda sint, & oblationes pro eis offeren-
de, & Missæ celebrandæ, an non. Quibus respondemus: Si
omnibus de peccatis suis parum confessionem agentibus,
& dignè pœnitentibus communio in fine secundum cano-
nicum iussum danda est, cur canones eis qui pro peccatis
suis pœnam extremam persoluunt, & confitentur, vel con-
fiteri desiderant? Scriptum est enim: Non iudicat Deus
bis in isti ipsum.

*De episcopis qui cum excommunicatis communicau-
erint. Caput LXXVII.*

Decreuit sancta synodus cū consilio serenissimi prin- *Ex cœcil.*
cipis, si deinceps aliquis episcopus sui ministerij obli- *apud Er-*
tus, sciens cum excommunicato communicauerit, siue in *phesfurt.*
salutatione, siue in oratione, siue in iusta confortatione, *cui inter-*
siue in cibo, siue in potu, excommunicatus habeatur, tam *fuit Hen-*
a principe, quam à cœteris omnibus, quousque in proxima *ricus rex,*
synodo audiatur, & Deo & Ecclesiæ satisfacere cogatur. *cap. 9.*

*De clericis qui fugerint Ecclesiæ suas, et de seruis qui
dominos proprios fugerint. Cap. LXXVIII.*

Sanctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab Eccle- *Ex cœcil.*
sia sua, vel seruum fugientem dominum proprium, & *apud Al-*
nolætem reuerti, iudicamus communione priuari, quoad- *theim ha-*
usque ad propriam Ecclesiæ, vel ad dominum suum re- *bito cui in-*
deat. Et item: Clericum fugitiuum suo episcopo vel do- *tersuit*
mino suo decernimus apostolica sententia restitui, vel ex- *Cōradus*
communicari, vna cum illis qui ei communicauerint. *rex, cap.*
27.

Finis Libri Undecimi.